

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dissertatio Inavgvralis Medico-Chirvrgica De Spina
Ventosa**

**Hamberger, Georg Erhard
Maler, Philipp Ernst**

Ienae, 1746

Vignette, Schmuckinitiale

[urn:nbn:de:bsz:31-41390](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-41390)



Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGVRARIS
MEDICO - CHIRVRGICA
DE
SPINA VENTOSA.

§. I.



Omnis res praeternaturalis siue affectus praeternaturalis, vel est morbus, vel causa morbi, vel symptoma. Nostra vero spina ventosa ad morbum refertur, adest enim constitutio p. n. partium nostri corporis, vti ex sequentibus patebit, i. e. causa morbi proxima; ergo et morbus. Hic vero generatim iterum triplex est. Vel enim morbus consistit in intemperie, vel in mala conformatione in genere sic dicta, vel in soluta vnitae. Noster, quo de agimus, adfectus, non solum est morbus intemperiei, non solum morbus malae conformationis, nec solum morbus solutae vnitatis, seorsim sumtus, sed est morbus ex triplici

A hoc